



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Stavrologia Coloniensis

Gelenius, Aegidius

[Coloniae Agrippinae?], [ca. 1636]

V. VI. † Ad Sanctvm Gereonem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64564](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64564)

nice Crucis segmentum auro gemmisq;
coopertum, quod à Pilegrimo Archie-
piscopo Principeq; Electore posteris
relictum, post annos demum quingen-
tos ab Illustrissimo Capitulo, suo pristi-
no restitutum est nitori: Eius hæc repe-
ritur inscriptio:

Ob Christi Saluatoris Nostri
Laudem, Crucis hoc venerabile
signum auro gemmisq; ornatum
Piligrinus Antistes dicari statuit:
A Posteris vero Decano & Capi-
tulo Metropolitano renouatum
est, Carolo V. Romanorum Impe-
rium, & Hermanno Pio à Weda
Sedes suas Coloniae & Paderbor-
nae foelicissimè gubernantibus.

V. VI. ✠

AD SANCTVM GE-
REONEM.

*Segmen
S. crucis
ad S. Ge
reonem.* **I**N illustri Basilica BB Gereoni & so-
ciii Martyribus ab Helena Augusta
Crucis Repertrice quondam excitata,
fragmen

fragmen sacrosancti Ligni asseruari, Sa-
crarium testatur Agrippinense : In pa-
tenti quoque eiusdem Ecclesiæ campo,
præclarum sanè & ad pietatem factum
Christi in Cruce pendentis signum ere-
ctum conspicitur, de quo hæc Chrono-
graphus Coloniensis affert : Eodem, in-
quies, anno (erat à nato Salvatore 1496.)
adificata est prope S Gereonem lapidea inter † in a-
duos Latrones Crux, pretiosè id curante VVi-rea S Ge-
nando de Ruremunda Ciue Agrippinensi. Hic reonis
eandem per Archiepiscopalem in Pontificalibus miracu-
Vicarium consecrari & Indulgentiis losupletalis claret
ri obtinuit, coepitq; populus cateruatim ad eas
promerendas gratias confluere, contingebantq;
vt mihi relatum miracula, in claudis aliisq;
plurimum etiam cere & candelarum offereba-
tur, vt eapropter in Clero lites pullularint, Pa-
store S. Christophori pretendente suam esse ob-
latam ceram.]

Lis pro-
pter ob-
lationes

Ita Chronic. Coloniens. pag. 345.
Saxo suppedaneo hi versus leguntur
inscripti :

Hac quicumque via transis, sublimia passi

Signa Iesu Christi respice mente pia.

Struxit VVinandus Ritzmūdus clarus honore,

Diuitiis, fama, coniuge, prole, fide.

Restau- Renouatum 1627. (Cata
ratores. *Q*Vos *SANCTVS* Gereon *serVat* sibi *In aDe* *DI-*
*CoL*Legas, *renoVant* haC bone *ChriSte* tibi.
Tu Clerū *populumq;* tua *rege* morte *redemptos,*
Da *prisca* *praestent* in *pietate* *fide.*

Ad venerandum signum hoc, vt au-
 ctor est Gerardus Harderuicenus Gy-
 mnasij Laurentiani in Vniuersitate Co-
 loniensi Regens, ingens olim populi in-
 terdiu noctuq; supplicantis confluebat
Supsti- multitudo, non absque superstitionis
tio à pie suspicione; adeo vt plurium sententia
tate ar- ipsum signum videretur amouendum,
cerur. quod tamē minus aliis placuit, actumq;
 proinde est, vt nimius iste populi con-
 cursus aliquantulum temperaretur.

VII. VIII. IX. X. ✠
 VARIA DOMINICI LIGNI
 Segmina apud Colonienses
 asseruata.

COmplura in aliis Coloniae nostrae
 Agrippinae templis ex ipso Domi-
 nico Ligno segmina, aureis atque ar-
 genteis in Crucibus condita, Sacrarium
 commemorat Agrippinense. Vnum
 in